

Samuel Andreae Johannes Galley

**[...] Seu Disquisitio Theologica De Iubilatione Impiorum Et Gaudio Hypocritarum :
Ex Job. XX. 4.5.**

Marburgi Cattorum: Kürsnerus, 1697

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78876845X>

Druck Freier  Zugang






93

Fa 1092 (93.)

3)



MIN
CH
Seu d
OCC
ER
ET
N. J

B. C. D.

רננת רשעים ושמחת חנף

Sen

34

DISQUISITIO THEOLOGICA

De

JUBILATIONE
IMPIORUM ET GAUDIO
HYPOCRITARUM.

Ex Job. XX. 4. 5.

Quam

Ἐάν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν

PRÆSIDE

SAMUELE ANDREÆ,
S. Theologiæ D. & Prof. P.

Publica ac placida ventilationi

A. d. XVII. Junii in Auditorio Theologico horis matutinis

submittit

JOHANNES GALLEY,
HELVETIO-BERNAS.



Marburgi Cattorum,

Typis hæred. JOH. JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typogr.
Anno MDCXCVII.

VIRO Generosissimo, Pranobilissimo, Amplissimo,
ac Consultissimo Domino,
DOMINO

JOH. BERNARDO à MVROALTO,

Illustriss. Reipubl. BERNENSIS Senatori Excellentissimo, ejusdemque Ditionis Germanicæ Quaestori prudentissimo, Senatus Academici ibidem Præsidi meritissimo, togâ tægoq; inclytissimo, Mæcenati ac Patrono à viternum devenerando, colendo.

UT ET

VIRO Prudentissimo, Spectatissimo Consultissimo ac Gravissimo Domino,

DN. JOHANNI JACOBO FISCHERO,

Illustriss. Reipubl. BERNENSIS Ducentum Viratûs Atiessori meritissimo, Satrapæ in Bippolim Præsecto laudatissimo, Domino in Brûnnen/suo ex Sacro baptismatis fonte Susceptori, Ευεργετης, ac Patrono nunquam non plurimum honorando.

NEC NON

VIRIS Plurimum Reverendis, Clarissimis, atque Doctissimis Dominis,
DN. SAMUELI ANDREÆ, S.S. Theologiæ Doct.
& ejusdem in Illust. Acad. MARBURGENSI Professore Prim. ac solidissimo, hujus Disquisitionis Præsidi Excellentissimo, Celeberrimo, Ευεργετης ac Patrono nullo non honore ac animi observantia ad aras usque prosequendo.

DN. DAVIDI ALBINO, V.D.M.S.S.

Theologiæ in Illustri BERNATUM Lyceo Professore Celeberrimo ac solidissimo

DN. JOH. RODOLPHO RODOLPH,

V.D.M. ibid. Linguarum Orientalium ac Theol. Catechet. Profess. solidissimo, p. t. Rectori Magnifico

DN. SAMUELI LEE MANNO,

V.D.M. Philosophiæ apud eosdem Professore meritissimo

DN. JOHANNI GALLEY, V.D.M. Pastori

Ecclesiæ, quæ Christo Ammersvillæ colligitur, Vigilantissimo, Parenti suo, omni filiali obsequio & amore ad funera usque prosequendo

Hoc studiorum Academicorum Et idem quæ mente manuq; devotissima humilimè offert & sacrum facit

RESPONDENS.



B. C. D.
DISPUTATIO THEOLOGICA
De
JUBILATIONE
IMPIORVM ET
GAUDIO HYPO-
CRITARVM,

Ex Job. XX. 4. 5.



ra ferè cum hominibus, si eorū ex na-
tura corrupta propensiones specte-
mus, est comparatū, ut rebus secun-
dis efferatur facile, adversis verò de-
jiciantur & animum despondant Id
illa ipsa cordis humani epitheta indi-
care simul videntur, quando Jerem.
XVII. 9 dicitur *וַיִּנְחַם אֱלֹהִים אֶת-
יִשְׂרָאֵל לְמַעַן אֲלֵמָה לְמַעַן אֲלֵמָה*
& languidum, si *fac. Altingium* In-
terpretem primi nominis sequamur.
Differuerat propheta de fiducia falsā v. 5. & 6. & verā ei oppositā
v. 7. 8. Subjungit iudicium de exercitio ejus per occupationem
v. 9. 10. Omnes quidem proficere fiduciam veram & genuinam,
imò plerosq; persuasissimum habere nihil à se peccari, unde omnis
redargutionis impatientes sint. Quocirca Deus iudicium heic de-

Hominum
propensio-
nes

Secundū
cordis epi-
theta Jer.
XVII. 9.
quæ
ad mentem
Altingii
expendua-
tur.

rogat hominibus, vendicat sibi. Derogat hominibus v. 9. indicatâ cordis humani indole & quidē quodammodo pugnante. 1. *Fraudulentum* קִיבֵּן esse cor, *super omnia*: fraudum officinam, ubi doli struuntur: quibus non solum alii decipiuntur, sed ipsemet sibi pessimam fraudem facit. Gal. 6. 3. Jac. 1. 22. Pl. 36. 3. Nihil huic comparandum, cum omnis deceptio ex hoc fonte seaturiat, quâ quis se aliosve à veritate cognoscenda abducit. 2. *Languidum* etiam קִיבֵּן, debile, infirmum ægrum esse. Illud audacem confidentiam parit, istud desperationem. Tò קִיבֵּן ad miseriam non ad culpam pertinet. De homine integro vox קִיבֵּן non usurpatur & de Messia Ps. 8. ceu de miserrimo & calamitosissimo. Lutherus reddidit *trogig und veragt*: Callidus, fraudulentus, soler esse audax, ut nihil adeo difficile credat, quod nequeat superare. Contra languidus animus, nihil adeo leve videt, sub quo sibi non putet succumbendum: posterior plumam metuit ceu molarem lapidem, prior molarem plumam instar spernit. Impiorum cor eâ conditione est, ut sibi polliceatur optima; fiduciam suam omni vitio & culpâ vacare retur; cum nihil veræ fiduciæ adsit, קִיבֵּן fraudulentum est & superbum. Contrâ cor piorum adeo dejectum quandoque, ut ob infirmitates suas nihil fiduciæ sibi putet adesse. Sic uterq; in errore est. Prov. 13. 7. & de illo cap. 14. 1 2. & 16. 25. Est tamen id familiarissimum. Impiorum securitas, nititur corde fraudulento & decipiente; & piorum sollicitudo ac metus cordis languore. Quia hîc ob conscientiam peccatorum & sensum infirmitatum cor languet, proximi sunt desperationi; indignitatem suam sic exaggerantes in tentationibus, ut sibi abjudicent & fidem & fidei commoda. At quia istic persuasio est de magnâ virtute & conjunctione cum Deo, quanquam toti mundo & voluptatibus mancipati sînt, securitas est & gloriatio.

1. קִיבֵּן מכלו

2. קִיבֵּן
Et comparantur secundum eundem.

Addita epicrisi
1. Quoad emphasin vocum קִיבֵּן

II. Equidem haud dubitandum proponi hîc, statum cordis humani qualis & natura & assuetudine parva est, secundum quem est קִיבֵּן voce à קִיבֵּן calcaneo derivatâ, significatu tam activo *supplantandi*, calcem alterius tenendi eumque à tergo circumveniendi ut ex Jer. 9. 3. & Jos. 8. 13. colligitur; adeoque ceu *fraudentum* & insidiis struendis aptum designatur: quam passivo, *quatenus vestigium impressum admisit* adeoque *lamosum* est, *subatum*,

etum, lacunas habens & quasi vestigia multa, quod Belgæ *deurtrapt* vocant & sic perversum ac inæquale & rigidum est, quod מִשׁוֹר seu *plano* opponitur Jes. 40. 4. Qui posterior significatus, etiam ob locum Hof 6. 8. Magni & meritò nominis Interpreti *Coccejo* potissimum placuit, priorem tamen non excludere videtur. Sed &, secundùm quem est וָנָן *languidum, morbidum, imò incurabili-*

&
וָנָן
in genere.

ter agrum argumento locorum Jes. 17. 11. Jer. 15. 18. & 30. 12. & Mich. 1. 9. Quæ miseria peccati & labis originalis inhaerentis conditionem exprimens, eatenus quoque ad culpam pertinet. Et cum secundùm hanc cordis humani naturalem perversitatem, ipse simul ad omne malum pronus & expeditus & ad omne bonum profusus ineptus viribusq; agendi destitutus sit, illud per וָנָן hoc

per וָנָן designari, forte quis non ineptè dixerit. 2. Habere hæc respectum ad priora, ubi de fiducia utraque, quæ hinc in hominibus & brachio carnali, inde verò in Deo collocatur, erat actum, ab illa maledictos, ab hæc benedictos pronunciando, quotquot ita confiderent. Atque ita posse וָנָן referri in specie ad illos qui homi-

2. Quoad
emphasin
eandem
quoque in
specie
in וָנָן

nibus confidunt & carnem brachium suum ponunt, cum in illis maximè se exserat illa cordis humani fraudulencia & perversitas, dum callidi sunt & audaces, ut nihil adeo difficile credant quod nequeant superare, sibi optima quævis pollicentur & fiduciam suam omni vitio & culpa carere putant, hinc securi redduntur & sese effidentes in securitate sua se Deum propitium habere credunt ac in eâ gloriantur. Contrà וָנָן ad illos qui Deo confidunt, quate-

&
וָנָן

nus cor illorum adeo dejectum quandoque, ubi rebus adversis premuntur & impiis omnia quali ex voto succedere vident dum ipsi rerum successu destituuntur, ut præ mœnore languidum sit, lachrymis diffuat & in questus solvatur. Adeoque 3. Esse in his verbis ita suspitum Jeremiæ & omnium fidelium accusantium propriam infirmitatem & cor proprium examinantium an in eo sit dolus; ut simul quoque possit occupatio quadam subinteligi, quatenus nemo inter Judæos tum erat qui vel maximè homines respiciens & brachio carnali confisus, tamen videri veller is esse sed

3. Quoad
nexum,
in his

potius in prætextibus fingendis ingeniosus ut maledictionis notam evitaret, se Deo confidere præsumeret ac jactaret: nemo etiam fidelium sic fiducia vera in Deum recumbens, quin rebus non pro voto fluentibus & promissionibus vel dilatis vel in speciem planè interverfis, animo dejecto subsideret quandoque & tantam non planè eum desponderet. Quomodo judicium de fiducia ambiguum & illa benedictionis ac maledictionis denunciatio quasi fræstranea, quam nemo sibi posset applicare, cum & illi Deo confidere & hi non confidere viderentur. Quæ perplexa judicii ratio sic illud *מי ירענו* quis cognoscet illud? Propheta extorquet, ut simul *רַב אָפְרַי* perverſæ fiducia priorum, *וְרַב שׁוֹנֵן* verò languidæ diffidentia posteriorum opponat, utrosque monens ut sibi caveant & se probè excutiant dum ipse se excurit & Deo excutiendum sistit.

Et istis pro-
pensionibus
applicantur,
eria, n quoad
jubilationes
& gaudia.

III. Cum vero tanta sit cordis humani, se in omnes formas vertentis, perversitas ut etiam in impiis fiduciam in Deum fingere possit, non mirum si successu rerum secundo elati gaudeant hypocrizæ & improbi triumphent, imprimis quando de justitia causæ armis certatur & illud recurrit: Victrix causa Diis placuit sed victa Catoni; quando consilia ab eventu æstimantur & occulta ac impervestigabilis judiciorum divinorum ratio, in differendo auxilio, in tolerandis imò extollendis impiis, corda piorum, Jehovah Liberatorem in illa judiciorum semitâ expectantium, *Jes. XXVI. 8.* graviter conturbat, donec tandem comprobetur illud: Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. Nam ubi rebus adversis Deus se quasi adversarium suorum constituere videtur & rebus impiorum secundis his veluti patrocinari; illi ad suum *שׁוֹנֵן* relabuntur frequenter, hi verò in suo *אָפְרַי* ita indurantur, ut nil adeo difficile esse credant quod nequeant superare, nec solùm in sinu gaudeant sed quoque in plausus & jubila exultabundi & insultabundi effundantur.

Quorum
conditio
proponitur.

IV. Verùm enim verò quantumcunque insolescant & sese efferrant, quantumcunque plausus in cælum tollant & sibi palpum obtrudentes credant fore ut nunquam succumbant atque quoties novus aliquis animus inflat successus, jubilando triumphent: tamen testatissima omnium seculorum experientia confirmat, triumphos tales qui nullo fundamento solido nituntur inanes & gaudia quæ momentanea sunt evanida esse. Atque ad hanc Tzophar

phar Naamathæus provocat in illa sua & Sociorum cum Jobo de statu & conditione impiorum ac hypocritarum disceptatione verbis quæ sichabent

Et confirmatur verbis Tzopharis uti habent

IN TEXTU ORIGINALI

Job. XX. 4. 5.

in textu originali

4. הוֹאֵת יָדַעַת מִנִּי עַד מִנִּי שׁוֹם אָדָם עָלַי אֲרַע:

5. כִּי רִנַּת רְשָׁעִים מִקְרוֹב וּשְׂמֵחַת חַנְף עֲדִירֶנֶע:

Hoc est

Uti Interpres Chaldaeus transtulit.

Et versione Chaldaica:

4. הֲרָא יָדַעְתָּ מִן אֹלָא מִן עַדן רָאשְׁתּוֹ בִּר נֶשׁ עָלַי אֲרַע:
5. אָרוּם בּוֹעַת רְשִׁיעֵי שְׂצִית כַּעֲגַל וַחֲדוֹת דִּילְמוֹר עַד שְׂעִחָא:

4. Nonne hoc scis ab initio, à tempore quo positus est homo super terram?

5. Quoniam gaudium impiorum finitur citò & latitia delatoris usque ad momentum.

Et Græcæ.

Ac Græcæ.

4. Μὴ ταῦτα ἔγνωσ ἄπὸ τῆ ἐπι, ἀπ' ἐπιτέθη ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς;

5. Εἰ ἐροσύνθ δὲ ἀσεβῶν πλῆμα ἐξαισιον, χαρμονὴ δὲ παρανόμων ἀπώλεια. Quæ tamen variè leguntur & à Symmacho aliter redduntur. In Bibliis autem Polyglottis ita vertuntur.

4. Nonne hæc nosti ab eo quod olim, ex quo positus est homo super terram?

5. Letitia autem impiorum ruina insignis: gaudium verò iniquorum est perditio.

Et Syrus ac Arabs.

Et Syriaca ac Arabica.

4. Jam scivi hæc à seculis, ex eo tempore quo creatus est Adam super terra, ex quo fecit homines super terra.

5. Quia gloria (עֲסִידָא) impiorum à ventribus eorum (עֲסִידָא) & letitia (עֲסִידָא) perverforum (עֲסִידָא) est ad tempus exiguum.

Et Latina Vulgata.

Et Latina Vulgata.

4. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram.

5. Quòd laus impiorum brevis fit & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

Quam

Quam sic expressit Ulenberg.

Et Ulenbergi.

- ¶. 4. Das weiß ich von Anfang / da der Mensch auff Erden ist gesetzt worden /
- §. Das der Gottlosen Ruhm kurz ist und die Freude des Heuchlers wie ein Augenblick.

Sed Lutherus.

Et Lutheri.

- ¶. 4. Weißest du nicht daß allezeit so gegangen ist sint daß Menschen auff Erden gewesen sind /
- §. Das der Ruhm der Gottlosen siehet nicht lang und die Freude des Heuchlers wäre ein Augenblick ?

Et Piscator.

Et Piscatoris.

- ¶. 4. An non hoc nosti quod accidit à seculo , ex quo posuit Deus hominem super terram ?
- §. Nempe *cantum* improborum à propinquo esse, & gaudium hypocritæ usque ad momentum durare.
- ¶. 4. Weißest du nicht daß von ewigen Zeiten her geschehen ist : von dem an daß Gott die Menschen auff die Erd gesetzt hat ?
- §. Nämlich daß der Gottlosen Zauchzen bald vergehet / und daß des Heuchlers Freude nur ein Augenblick wäre.

Verum ante illum *Santes Pagninus.*

Et Santis Pagnini.

- vetl. 4. Nonne hoc nosti quod à seculo est , & ex eo tempore quo posuit Deus hominem super terram ?
- §. Videlicet *exaltatio* impiorum est de propinquo & læticia hypocritæ ad momentum.

Et Castalio.

Et Castalionis.

- vetl. 4. Nonne scis hoc antiquitus , ex quo collocatus est in terris homo,
- §. *Imperatorum triumphatus* esse breves & simulatoris lætitiæ caducam ?

Et Munsterus.

Et Munsteri.

- ¶. 4. Audistine hoc ab antiquo & ab eo tempore quo (Deus) posuit hominem super terram ?
- §. Quod *exultatio* impiorum est à propinquo (tempore) & gaudium hypocritæ usque ad momentum.

Et

Et Tremellius ac Junius.

4. An hoc nosti? ab æterno, ex quo posuit Deus hominem super terram;

5. *Cantum* improborum à propinquo & lætitiã hypocritæ usque ad momentum esse.

Et post illos Coccejus.

4. An hoc notasti ab omni ævo, ex quo positus est homo in terra;

5. Quod *jubilatio* improborum ex propinquo est & lætitiã hypocritæ ad momentum.

Ac Seb. Schmiedius.

4. An hoc notasti ab æterno? inde à ponere hominem super terra?

5. Quod *jubilatio* impiorum sit à propinquo & gaudium hypocritæ usque ad momentum?

V. Quæ cum insignem habeant varietatem & res ipsa quoque talis sit ut hoc maxime tempore expendi mereatur, erit aliquod operatione di-
 præteritum, si quid hæc sibi velint consideremus, & hinc quoque a-
 liquid solatii, dum res impiorum ex voto fluunt, & fiduciæ in fu-
 turum, argumentum petamus. Id omne autem tribus Sectionibus
 intendo, quarum *prima* de Scopis verborum & nexu cum ante-
 cedentibus potissimum aget; *altera* exegesis dabit verborum &
 sensum eorum genuinum eruet; *tertia* modum hæc ad praxin trans-
 ferendi indicabit. Aspiret Deus cœptis, neque patiatür scrutan-
 tem à genuina verbi sui intelligentia aberrare, decipere, pulsanti
 aperiat, & ut quærens quod quærit inveniat, pro infinita misericor-
 diã suã largiatur!

SECTIO I.

*Scopum verborum & nexum, imprimis cum
 antecedentibus, ostendit.*

Est hic quasi præfatio & propositio thematis, quod Tzophar
 Naamathæus postea multis verborum & similitudinum invo-
 lucris persequitur, & ex hypothese soleam. Jobum esse hypocritam,
 probat ad finem usque capituli. Scopus verò ejus demum ex nexu
 patet quem Coccejus & Schmiedius analysi suã, sed non eodem lyfi.
 modo nec eadem a. n. g. b. e. i. u. ostenderunt, uti patebit, ubi utraque
 erit proposita & cum contextu collata.

B

II, An-

Et Tremellii ac Junii.

Et Cocceji.

Et Schmiedii.

Et tractatio loci consideratione digna tres Sectiones dividitur in genere. cum voto.

Observatio
Rabbi de
nexu remo-
tiore refer-
tur & pro-
batur,

II. Antequam autem id fiat, aliquid prius de illa *R. Levi ben Gersom* observatione dicendum, qui existimat, Tzopharum his verbis respondere ad illud quod Jobus dixerat cap. XII. 6. **לשדרים אהלים ישליו** *tranquilla sunt tentoria vastatoribus.* Quod cum planè alienum ob tot capita interjecta videatur & tot sermones Jobi cap. 16. 17. & 19. intervenientes; tamen non omnifundamento caret, si ad modum quo cum Jobo amici sunt congressi attendamus. Singuli enim ordine cum eo congregiuntur & actionem instituunt, quod in analysi sua benè observavit *Cel. Coccejus* easque numero distinxit. Primus congregitur Eliphaz & actionem instituit cap. 4. & 5. Cui Jobus c. 6. & 7. respondet. Tum sequitur Bildad & actionem intendit c. 8. Cui Jobus c. 9. & 10. respondet. Excipit hunc Tzophar, cujus actio c. 11. legitur. Huic Jobus c. 12. 13. & 14. respondet. Tum denuo Eliphaz secundâ vice congregitur c. 15. Cui Jobus c. 16. & 17. respondet. Et eodem modo Bildad rursum c. 18. Cui Jobus c. 19. occurrit. Atque ita agendi ordo rursum cap. 20. Tzopharem tangit. Cui cum id quod ex cap. 12. citat *Rabbi Levi*, responsum sit, atque hoc ipsum oppositum videatur illi quod idem Tzophar cap. 11. v. ultimo dixerat de *oculis improborum deficientibus perfugioque ab eis pereunte & spe eorum expirante*: potest id quod hoc capite 20. dicit quasi instantia quædam haberi & eò referti, præsertim cum illud *הוואת ידעת כדעתתם ידעתי גם אני* c. 12. v. 9. & *מי לא ידע ככל אלה* c. 13. v. 2. quoque respondere videatur.

Nexus propior ostenditur
1. Ex Schmiedio,

III. Præter hunc tamen nexum remotiorem, alius propior ad huc quærendus videtur, qui à *Coccejo* melius quàm *Schmiedio* ostensus, uti ex analysi utriusque patebit. *Schmiedii* quidem ita habet. Zophar tertius amicorum Jobi, in hoc capite respondendi vices ad se reversas suscipit. *Et respondit Zophar & c. v. 1.* Occurrit autem in responsione ejus I. *Exordium* v. 2. 3. In quo *rationes*, quare tacere nequeat, sed respondere quodammodo cogatur, exponit: quarum 1. *Pertinax Ijobi opinio*, quasi à locis disputantibus injuria ipsi fiat, dum pro impio habeatur & supponatur. *Idcirco cogitationes mea &c. v. 2. 2. Urgentissimus Spiritus Divini impulsus.* *Et quidem propter fastinare meum &c. v. 2. 3.* II. *Propositio*: nimirum *Castigationem suscepturum esse ignominia sua & sociorum* h. e. amoliturum à se & locis ignominiam ab Ijobo

bo illatam quasi injuriam ipsi fecerint. Involviturque hæc propositio imprimis v. 3. *Castigationem ignominia audio &c.* III. *Confirmatio*: sed valde *abludens, presupponendo* ferè (quod omnium maximè probandum) Ijobum esse impium & hypocritam; & *probando*, quod Impii in hoc tempore semper puniantur; sumto argumento à *divino decreto*. Quod 1. *producit* (1.) tanquam *æternum*, ante seculum & ante conditum hominem factum; à *seculo, à ponere hominem super terra*, v. 4. (2.) tanquam Spiritui impulsori & defensori Zopharis certissimum. Num nosti (*sc. sicut ego, Spiritus?*) ibid. (3.) tanquam *Ijobo non cognitum agnitumque: num nosti &c.* ibid. 2. *Exponitur* prolixè, juxta *duo Impiorum genera*. Quorum prius eorum, qui in sublimitate suâ planè non consistunt, sed statim deiciuntur. Horum describitur (1.) *Altitudo*, assurgens usque ad nubes & cælum: *Si ascenderit in Cælum &c.* v. 6. (2.) *Lapsus partim* non tardus sed festinatus; *Quòd jubilatio impiorum sit è propinquo &c.* v. 5. *partim* totalem interitum post se trahens; exaggeratus *duabus similitudinibus, tum stercoris; sicut ipse peribit &c.* v. 7. *tum* somni & visionis nocturnæ, *sicut somnium avolabit &c.* v. 8. *partim* irreparabilis *stercus &c.*

IV. Verùm hæc analysi multa habet quæ textui haud convenire videntur. Eò pertinet 1. Quòd hîc aliquem in ׀׀׀ v. 3. supponat ceu alteram respondendi rationem *urgentissimum Spiritus divini impulsum* & id quoque postea v. 4. urgeat, cùm tamen Spiritus ille humanus sit adeoque tota hæc hypothesis aliena. 2. Quòd *propositionem* conllituet v. 3. cùm tamen is satis evidenter ad exordium & respondendi rationes pertineat. Nihil enim ibi proponitur postea probandum, sed asserit solum *se castigationem ignominia audire* h. e. verba Jobi quibus respondet in suam & sociorum ignominiam vergere. Et cùm ipse *Schmiedius* postea agnoscat probari *quod impii in hoc tempore semper puniantur*, adeoq; in eo propositionem quæ deinceps confirmatur esse constituendam, hoc autem non v. 3. sed v. 5. demum dicatur, patet non ibi sed hîc propositionem esse constituendam. 3. Quòd supponat argumentum v. 4. à decreto quodam æterno desumi, quod Spiritui impulsori & defensori certissimum, Jobo verò non agnitum cognitumque sit. Id enim prout hypothese de ׀׀׀ v. 3. quasi *Spiritum divinum* notaret, nititur, sic alienum esse postea patebit. Nam &

Et textui haud convenire probatur.

2. Ex
Coccejo.

4. analysin violentam arguit quod 1. Altitudo impiorum v. 6. & tum 2. Lapsus v. 5. describi supponitur, ordine versum mutato.

V. Melior autem illa Cocceji, secundum quam actio secunda Tzopharis & Jobi ita indicatur v. 1. ut Tzophar I. *Causas* edat redeundi in scenam Nempe a. *dicta Jobi. Ideo cogitationes meae reducant me.* v. 2. b. *Proprium studium. Et propterea quod festino in me.* Ibid c. *πληροφροσυνα* bona intentionis, quam opponit Jobi castigationi. *Castigationem ignominiosam meae audio & spiritus ex consideratione meae respondet mihi* v. 3. II. *Explicit conditionem improborum, qua differunt a piis afflictis.* Hic notanda aa. *Proposuit* v 4 5. bb. *Explicatio ejus. Quae convectio triplicis boni improborum in malum exponitur* v 6-29. cc. *Epiphonema* v. 29.

Qui in genere probatur, quibusdam mutatis.

VI. Quae in genere recte se habere ea cum textu conferenti evidens. Possent tamen forte priora sic commodius distribui ut I. *Causas* edat redeundi in scenam, defumens eas a. *A se, cogitationibus nempe suis perplexis circa ea quae a Jobo audiverat & impetu animi inde secuto. Ideo cogitationes meae reducant me & propterea quod festino in me* v. 2. b. *A Jobo, cui respondere intendit, ignominia nempe qua ab eo, dum in se & socios invehitur, affectus sit, cui tamen amoliente se parem inveniat. Castigationem ignominiosam meae audio, & spiritus ex consideratione meae respondet mihi.* v. 3. II. *Argumentum tractet de quo ipsi & socii praecipua cum Jobo controversia intercedebat, qualis nempe esset conditio improborum & hypocritarum, anne semper illis bene, piis male sit quoad externa, adeoque possit calamitas adeo gravis, qualis Jobum premebat, etiam in pios cadere.* v. 4 - fin. Ita ut aa. *Id proposuit* v. 4. 5. bb. *Exponat* v. 6-28. cc. *Concludat epiphonemate* v. 29. Atque ita *nexas* satis patere videtur. Ex quo simul *scopus* patet, nempe redarguere vicissim Jobum ignominia se & socios afflicentem atque ostendere, non esse ut scientiam suam jactet, aut externam illam impiorum felicitatem extollat, vel etiam neget, se peccatis suis & hypocritis istam calamitatem promeritam, cum ex sermonibus ejus constet, eum non satis in hoc argumento versatum, & omnium seculorum experientia, felicitatem illam nullius momenti esse & hypocritarum gaudia in eiusmodi mutato statu calamitates desinere.

Et ex nervo scopus subjicitur ac argumentum.

SECTIO

13
 SECTIO II.

Verborum analysin & exegesin exhibet.

Verba hæc Tzopharis, si benè considerentur, cum insultatione quadam Jobo proponunt inconstantiam & brevitatem felicitatis & gaudii impiorum ac hypocritarum. Prout verò non video causam, quare **וַיִּפְתָּח** v. 3. de Spiritu S. cum Schmedio accipiamus, cum loquatur de Spiritu qui ex intelligentia sua sit responsivus adeoque de Spiritu suo; ita nec credo eandem hic loquentem & pro Tzophare respondentem majoris autoritatis ergo introduci, prout eidem videtur. Verba utique Tzopharis simplicia sunt, quibus *thesin* quam deinceps confirmat I. Proponit v. 4. Tum II. Pōnit v. 5.

In verbis
 his
 Spiritus S.
 non intro-
 ducitur lo-
 quens.

Sed
 à Tzophare
 Thesis

II. Et quidem I. Satis evidens; id quod v. 5 ponitur ceu basis totius sermonis sequentis, hoc v. 4. proponi Jobo tanquam vel non agnatum vel agnoscendum per modum questionis sic ut insultationem quandam simul involvat, sive affirmativè, sive negativè accipiatur **הוֹאֵת יָדְעָתָּ מִנִּי עַד מִנִּי שִׂים אֹדָם עָלַי אֲרֵץ** An hoc nota si ab omni avo, ex quo positus est homo in terra? De quo antequam disquiramus, error *Versionis Latinae Vulgate*, & quotquot eam cum Syro & Arabe sequuntur Parrum Latinorum ac Interpretum Pontificiorum, in antecessum est notandus, qui procul dubio à sensu genuino aberrarunt dum interrogatione sublata etiam personam mutarunt **הוֹאֵת יָדְעָתָּ מִנִּי עַד מִנִּי** Hoc scio vel jam scivi hæc reddentes, prorsus quoad connexionem ineptè, si vel verba dubia forent, uti tamen non sunt, sed interrogationem in **הוֹאֵת** inferunt. Pro quo si vel mutatâ punctatione **הוֹאֵת** legeretur, tamen **יָדְעָתָּ** non

I. Proponi-
 tur v. 4.

Error Vulgate
 sublata in-
 terrogatione
 personam
 mutantis
 notatur

posset in **יָדְעָתָּ** mutari. Et licet *Gregorius M.* quoque huic lectioni insisterit in commentario suo, tamen non omnes Latini ita legunt. Nam in illa versione quæ in operibus *Ambrosii* lib. 2. de *interpellatione B. Job* occurrit, verba sic habent. *Nonne hæc nostri à principio, ex quo positus est homo super terram?* Unde forte mendum antiquum est, quia *scis* in *scio* facile potuit mutari.

Ecce alia apud
Ambrosium
 lectio.

III. Jam ubi ad hanc interrogationem attendimus & modum exprimendi eam diversum, quo Interpretes sunt usi, statim scrupulus hæret, quomodo illa interrogatio sit accipienda? **הוֹאֵת יָדְעָתָּ**

Interrogatio
 hæc accipi
 potest

Vel
1. Affirmative.

num affirmative, an negative, an vero simpliciter sit intelligendum? Interpretes enim hic non conveniunt & triplex inde sentus in relatione ad antecedentia & sequentia oritur. *Affirmative* accipere videntur, qui *annon hoc scis, vel scivisti?* reddunt *Targum, Greci, Pagninus, Castalio, Latherus, Piscator, Angli, Galli.* Et sic sentus est, *Utique hoc nosti*, adeoque tuum non fuit nos ignominia afficere, nobisve gladium vindicem minari, aut de calamitate que te premit conqueri, cum illa argumentum evidens sit te hypocritam fuisse adeoque felicitatem quoque illam qua florebas ideo non diu durasse. Quod omnium seculorum experientia comprobatur.

Vel
2. Negative.

2. *Negative*, qui *an hoc nosti? an hoc notasti? andistine hoc? scisne hoc?* vertunt *Munsterus, Tremellius & Junius, Schmiedius, Belge & Diodati* Et tum sentus. Non minus te ita calpitare, sed & eo minus ferendum quod nos ignominia afficias, cum ea que testatissima sunt ignores. Quod si enim hæc scires, parceres nobis & redarguentibus cederes hypocritam tuam agnoscendo ob quam hæc pateris. *An hoc nosti? scisne vel scivisti unquam?* Fieri non potest ut scias. Sed & 3. *simpliciter* id a se potest, *An hoc nosti?* Ita *Coccejus* qui ex *Jud. 18. v. 14.* simile exemplum allegat & *Age, vide an hoc etiam perpenderit & librideris*, exponit. Audiamus, anne scias. Utrum dixeris contra te pronunciabis. Si nescis, disce, cum res testatissima sit. Si scis, erubescere, quod nobis ausis repugnare cum lux factorum te redarguat. Sic species dilemmatis foret atque ratio tum pateret quate sequentia *מני עד ונן* adlantur, si ea cum *ידעת* non verò cum *ואת* essent construenda.

Vel
3. Simpliciter.

IV. Id autem jam porro excutiendum. Nam *Schmiedius* sic accepit. *An hoc notasti ab æterno? &c.* qui id ex hypothese sua quod Spiritus S. per *רוח* v. 3. designetur & hic introducat loquens, variis argumentis ceu maximè conveniens defendit, ita tamen ut *מני* velit interponendum esse. Verum aliam is quoque explicationem tradit in initio, dum formulam admonendi dicit, ut *an hoc nosti?* idem sit ac si diceret. Tu utique negare non potes, & ipse modò meminisse velis, nosti quod gaudium impiorum &c. At huic non institit, sed simul considerandum dat, annon omnium optimum sit verba hæc spiritui ita attribuere, ut negationem vehementè faciat interrogatio affirmativa, *An hoc nosti ab æterno? h. e.* Omnino non nosti hoc ab æterno &c. Ut Spiritus S. quem Zophar

Verba
מני עד ונן
an cū *ידעת*
an cum *ואת*
cōstruenda?
Prius
Schmiedius,
Ejus variatio
dum accipit
affirmativè
Sed
seusum ne-
gativum
præfert,

pro

pro se respondentem introducit, oppositionem faciat inter se & inter Jobum, ad monendum Jobum de autoritate Spiritus S. cui impar cedere debeat: oppositio verò hæc sit, quòd Spiritus S. æternus sit & æterna Dei consilia nota habeat, ex quibus hoc etiam unum, ut impiorum gaudium sit momentaneum q. d. Num verò tu ò Ijobe etiam æternis Dei decretis & consiliis interfuisti & scis quid de gaudio impiorum constitutum sit, quòd momentaneum esse debeat? Tu sanè hoc non nosti ab æterno, quod hoc ipso prodis quia impugnas. At ego, tanquam Dei æternus Spiritus, ita novi gaudium impiorum momentaneum esse, ut etiam æterno Dei consilio & decreto quo hoc constitutum est interfuerim & tu mihi hæc credere meritò debeas. Interponere possumus (addit) כמני *sicut ego. Num hoc nosti, sicut ego, ab æterno?* Et vehemens est Ijobi castigatio ita disputantis quam æterno Dei consilio interfuisset. Addit rationes quare hæc expositio sibi magis placeat. 1. Quia hæc ratione phrales מני ער *a seculo, ex quo homo positus est super terram,* quarum prior per se æternitatem notat, posterior eam circumscribit, in suo usu Biblico relinquuntur. 2. Nulla traiectione aut supplemento in iisdem verbis tum opus. 3. De Spiritus S. æternitate testimonium lucratur. Quæ expendi merentur.

V. Nam alii מני ער cum תני construunt, & ut ambiguitatem tollant, supplemento utuntur, *Lutherus, Piscator, Pagninus, & versiones Gallica ac Diodati.* Das allzeit so gangen ist / das von ewigen Zeiten her geschehen ist / *quod a seculo est, qui a seculo de tout temps.* Quod paulo durius esse videtur & præter supplementum etiam traiectionem in terra Schmiedii notatam, quasi scriptum esset, תני ער *an nosti hoc* Quæ quidem levior est; sed tamen orationem quasi hialcam relinquit, nisi supplementum accedat aut מני ער ad sequentem versum & illud ני referatur, uti ex versione Trem. & Junii evidens.

VI. Ferri tamen magis potest quam illa Schmiedii prior, quæ §. IV. fuit relata. Incommoda enim est & rationes quibus nititur nullius sunt momenti, imprimis quatenus Spiritum S. supponit loquentem. Nam 1. Jam antea ostensum hanc hypothesein alienam esse. 2. Ad scopum Tzopharis nil faciebat, an hoc Jobus nosset ab æterno: Imò id querere absolum fuisse, cum non esset æternus. 3. Si explicationem ejus attendimus tum tamen מני ער

Et sic
תני cum
דער
construit,

Eius
rationes

Posterius
alii, supplemento utentes,
Dum תני cum ער construunt,

Id eatenus præfertur quòd Schmiedii explicatio incommoda, ob rationes varias

cum

cum נאון non verò cum ידעת construitur, quia ad decretum æternum refertur, id quod postea v. 5. asseritur & ponitur. 4. Illud כמותי interpositum nullâ necessitate, ad hypothesin de Spiritu loquente fulciendam, satis arguit explicationem hanc vim aliquam textui inferre. 5. Præsertim cum altera illa de decreto æterno hypothesin, ad quod Spiritus loquens provocet, quoque à Tzopharis scopo aliena sit & ad convictionem Jobi nil planè faciat, qui spiritum Tzopharis mentiri, & præsumere poterat, & respondere, si putaret quòd sibi meritò credere deberet. Tum quòd rationes illius attinet 1. An מני עד aeternitatem per se notet ex usu Biblico, & מני עד ארץ eam hâc circumscribat, mox patebit. 2. An nulla traiectione aut supplemento in iisdem verbis hâc explicatione admissâ opus sit, jam ex illo כמותי patuit. 3. Tali modo lucrari testimonium pro Spiritu S. aeternitate est eam argumento nullius ponderis magis destruere quàm adstruere.

Rationes illius expectantur.

Epitaphis. מני עד posse cum נאון & ידעת simul connecti.

Terminus à quo geminus.

Prior per מני עד

quid in versione Græca

VII. Itaque existimo in hâc propositione theos quæ versu sequenti ponitur, posse, ut dictum, מני עד per modum dilemmatis simpliciter cum ידעת connecti, si נאון interrogationem simplicem indicet & tamen quoad rem ad נאון referri, ut notitia illa de quâ quaeritur, non subjectivè sed objectivè esse מני עד intelligatur, non solum ane ad sit simpliciter? sed ane talis sit ut id quod v. 5. dicitur, etiam ab omni ævo, à quo tempore modo homines fuerint in terrâ, verum esse agnoscat? Nam ita מני utrumque terminum à quo notare satis evidens videtur. Saltem in posteriore מני שוי est inde à ponere leu ex quo tempore positus est homo super terra Et Noldius in utroq; in Concordantiis id agnoscit, prius מני à, posterius per à quo reddens. Quod tamen haud necessarium videtur, cum etiam posterius à notet, ut dictum, licet Hebraismus à ponere per à quo vel ex quo positus est sit declarandus.

VIII. Verùm terminus hîc à quo geminus porrò considerandus respectu notitiæ rei quæ Iobo proponitur. Prior indicatur per מני עד quod Vulgata à principio quoad sensum magis quàm vocem reddidit post interpretem Chaldaem. Græci ἀπό τῆς ἐτι, quod mihi non ab eo quod olim, uti vertitur, sed ab eo quod etiam num significare videtur, prout alia lectio habet ἀπό τῆς ἐτι ex hoc scilicet tempore, atque non ad eò terminum à quo quàm terminum ad quem notare, cujus terminus à quo in sequenti מני שוי indicetur.

dicetur. Alii ab aeterno von ewigen Zeiten/ut Piscator, Trem. & Junius, ac imprimis Schmiedius ex sua de decreto hypothefi reddunt. Rectius tamen illi qui à seculo vel à seculis, ut cum Syro & Arabe Santes Pagninus; etiam Piscator, quia tempora propriè non sunt aeterna: aut ab antiquo, antiquitus, ut Munsterus, Castalis & Angli: vel ab omni aeo, ab omni tempore, ut Coccejus post Galliam & Diodati versionem ac Belgas interpretes cum illis accepit. Nam si emphasin vocis ער spectemus, notat usque, terminum sive loci sive temporis sive partis, & absolutè positum, terminum quousque cogitando perveniri potest, imprimis quando de tempore & duratione est sermo. Tum uti לעולם ועד in seculum & usque notat, quousque post seculum cogitando progredi datur in omnem aeternitatem, ita ער מני est inde ab usque, quousque nempe cogitando regredi datur. Prioris plurima sunt exempla ubi לעולם quandoque praecedit Exod. 15. 18. Psal. 9. 6. Dan. 12. 3. quandoque sequitur ut Psal. 111. 8 & 148. 6. Posterioris hoc unicum hic exstat, in quo uti מני pro מן cum ׀ paragogico, ut aliàs frequenter (Vid. extra Jobum & Psalmos, in quibus sapius, etiam Jud. 5. 14. & Jes. 46. 3.) occurrit, ita videtur idem quod א״פ א״ע״ס inde à mundi initio notare, uti Matth. 19. 4. & Joh. 8. 44. Quomodo dixi Chaldaum & Vulgatam quoad sensum id rectè expressisse. Et sic quoque Olympiodorus א״פ א״ע״ס א״פ א״ע״ס ex quo mundus factus est. Quomodo Symmachus etiam א״פ א״ע״ס à seculo, id exposuit.

IX, Sed quoniam obijci poterat, hominem die sexto creatum necdum à principio fuisse, imò si vel fuerit, tamen primis illis seculis antediluvianis nullum ejus exemplum extare, ubi impiorum júbula & hypocritarum gaudia fuerint brevi termino circumscripta; ideo prior terminus à quo restringitur per posteriorem, quando additur, ער מני אדם על הארץ ex quo positus est homo super terram. Quidam אדם אדם ceu nomen proprium acceperunt, de Adamo interpretati, uti Syrus & Arabs. Sed etiam ob instantiam dictam id minus quadrat, praesertim cum ponere etiam in creare cum R. Levi ben Gersom mutarint. Et si vel nomine hujus hominis ipsum primū hominem unā comprehendamus, tamen & alios indefinitè subintelligi ex re ipsa planum est. Nam non frustra אדם מני ער potius dicitur quàm אדם על הארץ אדם אדם למן היום אשר ברא אלהים אדם על הארץ ab eo die quo creavit Deus hominem super terram, ut Deut. 4. 32.

Est propriè ab omni aeo vel tempore.

Posterior per מני ער אדם ארץ

אדם non Adamus sed homo indefinitè. In מני ער אדם emphasis notatur.

C

Cum

Cum enim de conditione mortalium in terra viventium eorumque statu esset sermo, evidens sanè huic melius **וַיִּשָׂא** quoad rem quam **וַיִּבְרָא**, melius *ponere* quam *creare* convenire. Verum quidem quòd **וַיִּשָׂא** in ipso Jobo quandoque de creatione dicatur. c. 38. 5. Sed præterquam quòd id hic non quadret; cum homo non super terram sed ex terra sit creatus; etiam de dispositione orbis habitabilis id dicitur c. 34. 13. quateus terra hominibus data Pl. 115. 16. Atq; ita hic etiam de collocaione tali intelligendum, quam Angli voce *placed* rectè expressisse videntur, quâ homo non simpliciter positus in terra sed certâ conditione & statu positus, mutabili tamen semper quoad vivit. Sic de ipso Adamo accipiendum Gen. 2. v. 8. & 15. coll. Et sic Gen. 48. 20. & Jer. 29. 22. Imò *positus super terram* id est terræ præfectus, in dignitate super terrâ positus. Quomodo reges *poni* dicuntur Deut. 17. 15. & 1. Sam. 10. 19. & iudices 1. Sam. 8. 1. & 2. Sam. 15. 4. Et sic respectus est ad impios & hypocritas non obscuri nominis sed claros, illustri quadam felicitate gaudentes; imò, ex hypothesi falsâ, per consequens quoque ad dignitatem ipsius Jobi, quâ ante calamitatem fulgebat, & quam ipse satis magnificè postea c. 29. describit. Licet verò non exprimat *à quo positus sit homo super terram*, tamen id de Deo intelligendum, res ipsa loquitur, & à versionibus *Gallica, Piscatoris, Trem. & Junii, Belgica*, post illam *Santis Pagnini & Munsteri*, non malè textui infertum. Ex quibus omnibus evidens 1. Malè *Lutherum* hanc emphasisin planè neglexisse, sint *daß Menschen auf Erden gewesen sind* vertendo 2. Magis autem in paraphrasi sua Anglica aberrasse *Georg. Abbotum*, quando sensum versus 4. in hanc sententiam exprimit: *Qui fieri potest ut hujus rei sis ignarus aut quomodo id negare audeas, quod Deus omnibus aetatibus inde à mundi principio conspicuum esse voluit & quod semper receptum ac traditum fuit pro infallibili veritate? Nisi omnia me fallunt, ipse verba non de homine super terram posito, sed de eo quod homo posuit & ponendo docuit super terrâ, exposuit. Quod quàm violentum & à contextu alienum sit, per se pater.*

X. A propositione jam quæ v. 4. facta erat, nunc ad ipsam thesin quæ v. 5. ponitur progrediamur, quam Tzophar ceu argumentum eorum quæ ad Jobum hypocriteos convincendum intendebat proferens sic porro ait, **כי רגנת רשעים מקרוב ושמת חנף עדי רגע** quòd

Error
Abbosi
notatur.

II Ponitur
v. 5.
ubi
sententia
duplex

quòd *jubilatio impiorum sit à propinquo & gaudium hypocrite ad* *distingui-*
momentum. Ubi duplex sententia est quæ propemodum coinci- *tur.*
 dere videtur, sed tamen differt, cum & subjectum & prædicatum
 secundum emphasin verborum distinguantur. Error enim est ex
 imperitia linguæ originalis ortus, quando *Stunica in Comment.* pu-
 tat, hinc de toto impiorum genere sermonem esse & dici quòd licet
impii (hos enim intelligere cum *hypocritam* dicit, nam in Hebræo
 esse חנה) licet *impii felices* habeantur rebusque secundis floreant
 & in oculis vulgi sint, tamen omnem illorum gloriam esse extin-
 guendam. Quando *Mariana in scholiis ad h. l.* pro רננה ponit gau-
 dium, quoniam mox sequatur & *gaudium hypocrite*, & à propinquo
 ipsi est haud diuturnū, & in genere dicit, describere hic Sopharum
impiorum cruciatus, ut ostendat illos nō esse felices sed torqueri mul-
tis malis, contra quàm Job disputabat. Nam non solum utraq; sen-
 tentia differt, sed quoque gradatio aliqua latere videtur, dum pri-
 mum de *impio*, post de *hypocrita* est sermo; illi *jubilatio*, huic gau-
 dium tribuitur; illa à propinquo esse, hoc ad momentum durare in-
 dicatur. Consideremus utramque ordine.

Error
 Stunica
 &
 Mariana
 notatur.

Gradatio
 lateus.

XI. Prior est. כי רננת רשעים מקרב quòd *jubilatio im-*
proborum à propinquo est. Hic nexus primò, tum *subjectum* & de-
 nique *prædicatum* est notandum. Quoad *nexum* videri possit pla-
 num esse, quòd כי hinc non sit *causale*, sed *indicativum* & *illativum*
 sequentis. Et sic Interpretes *Lutherus, Trem. & Junius, Belga,*
Coccejus, Schmiedius, Angli. Vulgata, Castalio, Munsterus & Dio-
dati acceperunt. Fuerunt tamen qui ut *causale* intellexerunt *Gra-*
eci ex unâ lectione (alia enim *adversativum* dè habet) & *Targum*
 & *Syrus & Arabs.* Malè haud dubio. Nec satis commodè, pro-
 pter *nexum* solutum, qui (quasi hic versus cum priori non cohere-
 ret) per *Videlicet* reddiderunt, uti à *Sante Pagnino* factum. Me-
 lius illi qui *nexum* retinentes, illud *videlicet* majoris evidentiæ er-
 go addiderunt, sive in *textu*, ut *Piscator, Galli*, sive in *paraphrasi* vim
 ejus exprimentes, uti *Georgio Abboto* placuit.

Prior
 sententia
 expenditur,
 quoad
 Nexum.
 in כי

XII. Porro in *subjecto* כי רננת רשעים emphasis כי רננה
 est imprimis spectanda. Nam כי רשעים ex usu *Scripturæ* citra con-
 troversiam sunt homines apertè mali, *impii, improbi, à se beis*, qui-
 bus nulla ex vero religio est, quorum vita ceu talis ab omnibus no-
 tatur. Ut adeo mirandum sit, quid in mentem venerit *Castalioni*
 ut hinc *Imperia* in specie designari putaret, quasi per metonymiam

כי רננה
 כי רשעים
 qui
 Sub eadē.

malè
Imperia
Castaloni.

רננה quid
an
triumphus.

laus,
hilaritas,
prosperitas,
gloria?

Est proprie
jubilatio.

Id quod ra-
tionibus
confirmatur.

imperia, vel successiones regnorum impiorum, per *improbos* designarentur. Singularis hujus respectus nullum in textu vestigium, ne quidem si רננת cum ipso triumphos reddas. Nam non solum Imperatores triumpharunt aut triumpho necessarii veniunt ad Imperia restringendi. Latius רשעים *improbi* patent, latius quoque רננה quam ut possit ad triumphum solum referri. Quomodo tamen etiam *Anglica, Gallica & Diodati* versiones habent. Neque emphasin satis exprimunt qui vel simpliciter vertunt *laudem* ut *Vulgata* & quotquot eam sequuntur; vel ευφοριαν *hilaritatem* quam quis bono animo est, ut *Græci*; vel ευδυνα *prosperitatem*, ut *Symmachus*; vel *gloriam*, ut *Syrus & Arabs*. Non enim hæc voce sive status impiorum *felicitas*, sive *laus & gloria* quam inde consequuntur, sive *hilaritas* quam in prosperitate suâ se oblectant, solum designatur; sed præter internum animi gaudium, etiam imprimis lætitia exterior & id omne quo gloriando, exultando, de conditione suâ superbientes, etiam thronismis se efferunt, & laudes suas vel ipsi ebuccinant, vel per alios favorem eorum captantes decantari sinunt & cupiunt lubentes. Quem in sensum *Lutherus Ruhm, Sanctes Pagninus & Munsterus* (perinde ut *Targum בועה* & alia *Græca editio אגאליאוי*) exultatio reddunt. Idem cantus est *Tremellio & Junio*. Sed *Piscatoris Belgis, Coccejo, Schmiedio*, propius & evidentius emphasin exprimendo est *jubilatio*.

XIII. Nam 1. Origo vocis à רנן quod est canere, huc facit. 2. Etiam quod ejusdem originis est רננה *cantum* notans qui personando præ lætitia fit. Unde פצה & רנן conjunguntur *Jes. 52.9. & פצה & רנן & זמר Psal. 98.4. & פצה & רננה Jes. 14.7. & 44.23. & 49.13. & 54.1. & 55.12.* Sed tamen רננה quoque non semper clamorem ex lætitia notat. Nam & clamor ille per castra Israelitarum post casum Achabi sparsus, quo receptui canebatur, רננה vocatur *1. Reg. 22.36.* Itaque vehementia & improvida ac subitanea ratio hujusmodi jubilationis imprimis notari videtur, ואין man herauß fährt prorumpendo, uti fit ab illis qui vino hilares sunt, *Pf. 78.65.* & ad audendum aliquid stimulantur. Quorsum & prædicatum סקרוב respicere videretur. 3. Si loca parallela inspicimus, eodem tendunt. Nam ut רננים transeam *Job. 39.13.* quos *Bochart, Hieroz. Part. 2. lib. 2. c. 16.* de struthionibus exponit, רננה *Job. 3.6. al. 7.* quo excluso nox גלמוד *solitaria & vasta* redditur, *Schmiedius* non male de *gallicia* exponit, licet etiam referri possit ad votivas accla-

ma-

mationes & celeusmata earum quæ parturientibus adsunt. Vid. 1. Sam. 4. 20. Jam רננה in canticis sacris Psal. 63. 6. & 100. 2. satis evidenter exprimit, notari eo latitiam & exultationem quæ in vocem prorumpit & jubilando effunditur. Qualis in impiis se exferit, quando vel res lætas suas aliis recensent & de iis gloriantur, vel etiam eas decantari volunt, non sine profanatione nominis divini, etiam de divino favore in impietate sua gloriantes. Vid. Ester. 5. 10. seq. Jes. 37. 11. seq. Dan. 4. 30. Hab. 1. 11. Quod etiam in triumphis, quorum causa injusta est, fieri, extra dubium est.

XIV. Restat in priore propositione *pradicatum*, nempe מקרוב ומקרוב à propinquo, quod de jubilatione impiorum effertur, sensu non adeo facili aut obvio. Et quidem 1. Illud Syri & Arabis qui מקרוב verterunt à ventribus eorum, evidenter indicat, eos aliter & quidem מקרב legisse, sive per ἀλεψίαν, sive quod exemplari non punctato fuerint usi. Nam קרב in Exodo & Levitico ventrem, & aliàs

interiora etiam in homine viscera, notat. Sed error illorum evidens nihilominus est. 2. Quando omnes reliqui Interpretes id ad breviter durationis retulerunt, solus Græcus habet ἀλῶμα ἐξαισιον *causus insolitus*, sensu ex conjecturâ expresso. Atque postea מקרוב ἐξαισιον notare, si ἀλῶμα in textu esset. Quod enim est à propinquo, id subito adest, præsto est, in oculos incurrit, tale ut notari queat. Sed in textu de jubilatione id dicitur. 3. Alii ut breviter durationis inferrent, etiam ער inseruerunt, q. מקרוב ער esset ad supplementum sensus legendum, ut postea רנע ערי sequitur. Ita Schmiedius fundamēto nullo. Sed alii potius 4. Id respectu originis & fundamenti levissimi, cui hæc gloriatio innitatur, dictum putarunt; similitudine defumta, vel ab aquis & torrentibus, qui subito ex repentinis imbribus confluant & sic de propinquo nati non diu durant sed illico effluunt, cum flumina ex alto & longinquo ruant Jer. 18. 14. quomodo Grotius & Coccejus, qui addit, videri latitiam ex propinquo opposuisse rivis mellis v. 17. ἐξ ὕψους ἔνθα τὸ παρατυχόν, nasci extemporalem & superficialiam latitiam: Vel a metallis & gramine in tecto aut culmo in petra, quæ Coccejus conjunxit Levium (inquit) metallorum fractus in summo est, abdita later ditor vena. Omnino ita est. Τὸ מקרוב idem est quod nos dicimus, es ist nicht weit her. Si רננה de triumpho sumamus, certè is qui e propinquo, haud magni est momenti, cujus causæ obviæ in omnium oculos incurrit.

1. Pradicatum ומקרוב Quod Malè d ventribus eorum Syrus & Arabi verterunt

Et Græci πῶμα ἐξαισιον Et Schmiedius ער addendo.

Rectius Grotius & Coccejus similitudine à torrentibus aut metallis defumtâ.

Indicatur ergo accipere improbos quamcunque rem obviam in gloriationis argumentum, sic ut facile sit cuivis videre quam inani illa fundamento nitantur. Et ita, prout quod citò fit etiam citò perit, eo ipso simul innuitur, prout ortus levis sic & durationem instabilem esse. Hoc sensu *Mercerus* idola Deo ex propinquo dici putat Jer. 23, 23. Et sic מקרוך hic idem esse q. d. non longè lateque diffunditur sed intra breves & curtos terminos includitur, *Malvenda* existimat. Neque dubium ex altero membro quòd brevis simul duratio notetur.

Sententia posterior.
שמחה
quid?

חנה
quid?

XV. Nam altera sententia thesios, quæ v. 5. ponitur, est de חנה *gaudio hypocrita*, quòd sit עדי רגע *ad momentum*. Est שמחה *gaudium* propriè in corde *Psal.* 4. 8. *Prov.* 27. 11. *Jes.* 24. 7. *Psal.* 16. 9. Quod postea per signa externa prorumpit. Quomodo quidam חנה גיל שמחים *latantes eum exultatione* dicuntur *Job.* 3. 21. Est quoque חנה *hypocrita*, uti plerique Interpretes reddunt. Quòd enim *Castalio* habet *simulator & Gallus* vertit *celuy qui se contrefait eodem* redit. Latius accepit *Diodati* qui *profanum* transtulit. Nam omnis *hypocrita* quidem est *profanus*, sed non omnis *profanus* est *hypocrita*. Neque causa apparet unde *Chaldeus* hic suum דילטור *delator* acceperit, prout tamen חנה in *Jobo* sæpius reddit. Sanè חנה (ut rectè *Ab-Efra*) est is רע טוב וחוכורע *qui bonus apparet, intus malus*. Imò non solùm qui apparet sed & qui id agit ut appareat, quandoque sciens & ut fallat, quorsum os illud *hypocrita* *Prov.* 11. 9. pertinere videtur, & qui verè *profanus* dici potest. Qualis & ille *Tartuse* quem *Moliere* in theatro suo aliquando vivis coloribus depictum produxit. Sæpius verò inscius & ignarus, quando hypocritis in habitum vertit & defectus scrutini in corde fraudulento, homini in suis talpæ imponit, ut non solùm revera se bonum putet sed aliis quoque præferat eosq; despiciat. Quæ magna sanè cæcitas & *Servatori* notata *Luc.* 18. 9. *Job.* 9. 41. Cur *Græci* frequèter ἀβελή ἀνομων, & hoc loco etiam παρανομων reddant, non liquet. Nam *impius, exlex & transgressor legis* generalia sunt, quæ emphasim non exprimunt, quæ tamen ex origine *Dan.* 11. 32. patet. Unde rectiùs ἀποκρίτην, *Job.* 34. 30. & 36. 13. transtulerunt. Neq; emphasi caret quòd cùm רשעים in plurali dicantur, חנה hic in singulari denoterut. Videtur enim eo *Jobo* quasi in individuo notari, & quod in genere dictum videbatur, ipsi veluti in particulari applicari.

XVI.

XVI. Uti verò *jubilatio improborum ex propinquo* nullo nititur fundamento firmo, sic *gaudium hypocrite* est ad momentum מוֹמֶנְטוּם מוֹמֶנְטוּם quid? Momentanea est & momento transit. Caducam dixit Castalio emphasi neglecta. Non omne enim caducum momentaneum est. Quòd si quis dicat, nec *momentam* hic ita præcisè accipiendum, id tamen certum, plus indicari, & si comparatè intelligamus, respectu mæroris qui hanc lætitiã excipit, revera id omne tempus quo lætantur, ad æternitatem relatum momentum esse. *Vulgata* quo ad sensum rectè ad instar puncti, nisi quòd מוֹמֶנְטוּם malè pro nota similitudinis habuit. Nam de momento id dici potest, quòd sit temporis punctum. Hinc illud: Accidit in puncto quod non speratur in anno. Et ita Hugo Cardinalis exposuit. Qui tamen & alterum de puncto lineæ, quo factò stylus levatur, addit. Quæ Gregorii M. speculatio est non æquè quadrans. Adeoq; uti *jubilatio impii* levitate ortus sui dum ex propinquo est deficit, sic *gaudium hypocrite* momentanea deficit instabilitate, & sic non est ut in utraque sibi placeant.

SECTIO III.

Praxin & applicationis modum exhibet.

Sive jam Tzopharum hæc proponentem ejusq; propositionem, sive rem quam proponit spectemus, amplius hic se pandit campus, & modum quo ad fata attendendum, & ipsa simul fata impiorum ac hypocritarum notandi.

Observatio 1. Qui aliorum ignorantiam suspectam vel cognitam habent, eam interrogando detegere laborant, imprimis si scientiam præ se ferant & jactent. Id quandoque jure fit. Vide exempla Servatoris Matth. 21. 25. & 22. 42. Quandoque injuria, ut hic. Vide etiam Matth. 12. 10. & 22. 17.

2. Sunt quaedam veritates testatissima quæ omnium seculorum experientia comprobantur. Cujusmodi v. g. Deum justum & misericordem esse, curare hæc inferiora, figmentum hominis inde à pueritia malum esse, Gen. 8. 21. vitam hominis militia esse Job. 7. 2. omnibus moriendum esse Psal. 89. 49. Et hujusmodi infinitæ aliæ, ad quas & pertinet hæc quæ hic inculcatur, juba impiorum & gaudia hypocritarum nec ortu nec duratione solida esse.

3. Hujusmodi veritates vel ignorare vel non agnoscere perquam turpe est. Digni tales qui ad brutos Doctores remittantur Job. 12. 7. & seqq. Digni quibus ignorantia eorum exprobretur.

4. Utile

4 Utile est, imprimis ad providentiam Dei in regimine mundi & factorum seriem agnoscendam, repetere animo secula priora & ad ipsam usq; originem mundi regredi, novos eventus cum antiquis comparando sibiq; subinde subjiciendo illud: an notasti hoc ab omni avos? Huc Servatoris monitum spectat *Matt.* 19. 8. & 16. 3. Et istud *Ies.* 40. 24. Huc exempla Davidis *Pf.* 143. v. 5. Stephani *Act.* 7. Pauli *Heb.* 11. &c.

5. Deus est qui homines in terra collocat & unicuiq; sedem mansionis suae assignat *Exod.* 23. 20 *Deut.* 32. 8. *Pf.* 74. 17. &c.

6. Deus est qui homines non solum in terra sed quoque super terram collocat, eos terra praeficit & dominium in eam concedit. *Prov.* 8. 15. *Rom.* 13. 1. *Dan.* 4. 32. &c.

7. Prout impij rebus prosperis gaudent sic iidem etiam efferuntur & dum se beatos putant in jubilationes prorumpunt. Exempla supra Sect. 2. §. 13. notata. Adde *Jud.* 16. 23. *Dan.* 5. 1. seq. 1. *Sam.* 15. 12. *Ier.* 50. 11.

8. Jubilationes hujusmodi causam e propinquo habent, nec fundamento solido & stabili nituntur. Confer modo allegata exempla & *Ezech.* 31. 18.

9. Hypocrita ferè in sinu solent gaudere. Id emphasis vocis שמחה innuit. Uti inter impium & hypocritam differentia est, sic quoq; inter jubilationem illius & hujus gaudium. Ille apertè impius est, hic in occulto; & sic quoq; iste nil dissimulans magna vanitate gloriatur & magnos quandoq; in felicitare sua ducit triumphos; hic verò in sinu gaudet neq; videri vult gaudere sed dissimulat dum sibi ipsi alios contemnens plaudit. Nam & ejus gaudium saepius est *ὄμυχαις κακία*. *Prov.* 24. 17. Et cum in omnibus simulet ac dissimulet, ubi gaudet aliud quoque pra se fert.

10. Gaudium eorum, qualecunque sit, semper ad momentum est quantumcunque durare videatur. Insigne exemplum imprimis de gaudio & jubilatione simul *Jud.* 16. 30. *Dan.* 5. 5. seq. Et haec inspectata planè rerum conversio poterat verè *ἄλωμα ἐξαίσιοι* dici, uti Graeci *ῥῶ γινεο* hic reddunt.

Quoties itaq; videmus impiis omnia ex voto fluere, eorum jubila ob successus rerum felices augeri, hinc intendendae sunt preces *Pf.* 74. 22. 23. : קומה אלהים ריבה ריבך זכור חרפתך מני נבל כל היום : אל תשכח קול צורריך שאון קסיד עולה תמיד :

Inde verò etiam vivâ fiducia & spe promissionibus divinis constanter adharendum, donec compleatur illud *ועוד מעט ואין רשע* ויעוד מעט ואינו : והתבוננת על מקומו ואינו : *Psal.* 37. 10. Et istud Prophetae *אכ"ר* *Dan.* 8. 25. ובאפס יד יושבר CO-



COROLLARIA RESPONDENTIS.

I.

Sacra Scriptura perfecta est, & hinc in illa errores inveni-
ri gratis asseritur, quamvis varia lectiones & difficultates
occurrant.

II.

Sacra Scriptura sine Spiritus S. illuminatione cum fructu
audiri, legi ac intelligi non potest.

III.

Melchisedekum, de quo Gen. 14. fuisse nudum hominem,
non verò ipsum filium Dei in carne apparentem, nobis per-
suasum est.

IV.

Tres illos viros, qui Abrahamo Gen. 18. apparuerunt, fuis-
se tres SS. Trinitatis Personas, probari hactenus non potuit.

V.

Multò magis dicimus, fuisse Iehovam duobus creatis An-
gelis stipatum.

VI.

Consilium Rebecca Gen. 27. quo filium Iacobum ad preri-
piendam Esauo benedictionem paternam instruxit, excusari
potest.

VII.

Israëlita in exitu Aegyptios aureis & argenteis vasis com-
modato acceptis spoliantes non peccarunt.

D

VIII.

VIII.

Lex Moralis ab Angelo foederis per Mosen lata perfectissima vitam consequendi norma ac regula est.

IX.

Hinc pessime docent, qui illam Christum Matth. V. correxisse, vel aliquid superaddidisse auturvant.

X.

Vesci suffocato & sanguine Christianis tempore N. T. licitum est.

XI.

Apostolum Paulum esse Autorem Epistola ad Hebr. eos firmiter credimus.

XII.

Ex loco. I. Ioh. V. 7. clarissime SS. Trinitas contra Antitrinitarios probari potest.



Ad Pereximium & Ingenuum
DN. RESPONDENTEM.

Quem pietas, studium, vigor & solertia mentis
Commendat doctis ingenuisque Viris,
Nunc simul extollit specimen, quod tedulus edis
Ingenii, magna dexteritate valens.
Gratulor hos ausus, feliciter omnia cedant,
Sit faustum & tutum, quod meditaris, iter!

Honoris & gratulationis ergo scrib.

DANIEL NEBEL, Med.D.
& PP. h. t. Academiæ RECTOR.

P R Æ

PRÆSIDIS

Ad
Pereximium DN. RESPONDENTEM,
auditorum suum charissimum,

κέλευσμα.

GALLEY, noster amor, sic sic scrutare latentes
Scripturæ venas, & modò dives eris.
Omnia vincit amor. Facilis superabis, amando
Scripturam, quicquid difficile esse potest.
Sis mystes felix! Pareant Tibi condita quæque!
Et studium studio jungere semper ama.
Si quæres Dominum meditans, occulta patebunt.
Cortice sic fracto nucleus inde salit.

In ARGUMENTUM

DISQUISITIONIS CRITICO PRACTICÆ

in simulque in HONOREM

Nobilissimi DN. DEFENDENTIS, Min. C,

Integritas enim, radians è pectore Candor,
Inque DEUM Pietas, fraudum Patientia victrix,
Officij spectata Fides cum Sedulitate;
Mens humilis, Veriq; tenax, & conscia Recti
Adversis nec fracta, nec illaqueanda secundis,
Sed confisa DEO, tranquilla ac obsequiosa:
Hæc justis animis constantia gaudia præstant,
Suppeditant sanctis solidissima júbila linguis;
Hæc sunt divitiæ, reprobus quas nescit & orcus.
Cur igitur jactat se, cur latatur Iniquus?
Cur ovat Improbitas? cur fallax jubilat Orbis?
Cur tacitus secum sic gaudet Hypocrita nequam?
Cur pungit fidos spinosus sermo Ministros?
Scilicet ut Spina ardescens crepitansque sub olla,
Sic transit Risus, pereunt sic júbila Iniqui.
Id Justî cernent, hunc ridebuntque vicissim.

Ez. II. 6.
Eccl. VII. 7.
Jes. IX. 18.
P. LII. 8.

Autogedias fundebat, similis expertus cachinnos

J. G. BAYRD / D. & P.

Pereximio pieq. Doctissimo


DN. JOHANNI GALLEY
Per qualemcunque ad thema Disputationis
allusionem

Quid non conjectant homines externa morantes?
Et tamen est solus Cardiognosta Deus.
Sæpè thesis vera est; nec rarò assumptio falsa:
Explicat illa bene; at applicat ista malè.
Hæc tu defendis meritò, doctissime GALLEY
Nam Deus est verax; fallitur omnis Homo!
Sic versare Dei verbum noctesque diesque
Si pergas, opere hoc Tute beatus eris.

Gratulabunda accinebat

Amicorum Biga

J. W. & C. G. S.




So/mein werther Freund/so muß man Ehr erlangen;
So haben vormahls auch viel hochberühmte Leut
Gottloser Freud veracht/und die/so ihr anhangen/
Verspott und widerlegt / gleichwie Er thut an heut.
Nun billich wünsch ich dann/Herz GALLEY/Gottes Segen
Und daß Ihm werden mög ohn Fehl die Ehren-Krohn/
Auch daß Er Lebens-satt sie freudig mög ablegen/
Und überreichen dem/der heisse des Höchsten Sohn.


Dieses wenige setzte auß schuldiger
Pflcht seinem werthen Freund
Glückwünschend hinzu

J. S. M. OP.









altos approbatores nacta est expositio R. Jo-
 qui, teste ipsius filio R. DAVID KIMCHIO g),
 us voces istas interpretatus est, et sigillatim
 es pretiosas, quae domi asseruari et *concludi*
 rum, argentum etc. per *טו עזוב* autem pecudes
 lligendas censuit. Nec multum ab eadem hac
 pfi etiam A BARBANELI laudata, R. LEVI ben
 recedit, quando 3) *טו עזור* esse scribit *מה*
quod quis ipsemet suis sub manibus habet; טו
טו מה שהפקיר בידו quod apud alterum deposuit.
 hic plures scinduntur in partes, qui de personis
 dicta vocabula exponunt. Sunt enim 1), qui
 nine *captiuos*, relictorum vero *liberos*, qui capti-
 int, notari existimant. Alii vero 2) in urbibus
 agros *sparsos* hic intelligunt, cui sententiae fa-
 quod comminationibus istis I. Reg. XIV, II.
 24. subjici solet: *illum, qui morietur Jerobeamo*
pedent canes, et qui morietur ruri, aues coeli eum
rfus alii 3) per clausos, viros in dignitate constitu-
is muneribus quasi adstrictos, per relictos autem
et priuatae conditionis homines, innui volunt.
 eriuntur, qui excidio clausi et relictis caedem vni-
 nium, etiam eorum, qui a primo impetu hostili
 si ac superstitis remanserint, sicque cladis velut
 gnificari pertendunt. Ita juxta cum aliis sentit
 et in eandem sententiam R. DAVID KIMCHI
 I, 21. scribit: *ועזור ועזוב שלא ישאר לאחאב*
בישראל עזור ועזוב שיאמרו זה נעצר מבית
כי זה נעזב שלא הרגתו כי i. e. *clausum et reli-*
am ut non relinquatur Achabo in Israële clausus et rei-
possit, hic conclusus remansit e domo Achabb, aut hic
quem non interfecerint. Peribunt enim in vniuersum
 que profecto negari potest, aliquam huic sententiae
 ri ex eo accedere, quod Ezech. VI, 12. *הנשאר*
etus et retentus pariter pro vltimis populi reliquiis
 F 3

Schor. ad rad. *עזוב* et *i) in Philolog. S. L. V. tr. 1, c. 21.*
 is suis passim, col. 1973.
 XIV, 10,

